

bat, resistere et levitati multitudinis, et perditorum temeritati. Ex consularibus te creavit potissimum. Dederas enim, quam contemneres populares insanias, jam ab adolescentia documenta maxima.

Quamobrem, judices, ut aliquandò ad causam crimenque veniamus, si neque omnis confessio facti est inusitata, neque de causa quidquam nostra aliter, ac nos velle-mus, à senatu judicatum est; et lator ipse legis, cum esset controversia nulla facti, juris tamen disceptionem esse voluit; et electi judices, isque præpositus quæstioni, qui hæc justè sapienterque disceptet; reli-quum est, judices, ut nihil jam aliud quæ-rere debeatis, nisi uter utri insidias fece-rit. Quod quò faciliùs argumentis perspicere possitis, rem gestam vobis dùm brevi-ter expono, quæso, diligenter attendite.

#### NARRATIO.

9. P. Clodius cum statuisset omni scele-re in prætura vexare rempublicam, vide-

de los principales resistir á la ligereza de la multitud; y á la temeridad de los hombres perdidos. Entre los que habian obtenido el consulado te eligió á tí con pre-ferencia á otros, porque ya desde la juventud (10) ha-bias dado las mayores y mas claras pruebas de cuan poco caso hacias de las locuras del pueblo.

Por lo cual, Jueces (para que lleguemos por fin al asunto y delito) si ni toda confesion del hecho es cosa irregular; ni el senado juzgó en nada contra nuestro deseo en esta causa; si el mismo que propuso la ley, cuando no habia ninguna disputa sobre el hecho, qui-so sin embargo, que se controvertiese el derecho; si los jueces son escogidos, y se dió por presidente de este juicio á un sugeto, que juzgue con inteligencia y justicia: os resta, Jueces, solamente la obligacion de averiguar quien á quien puso las asechanzas: y para que esto lo podais reconoçer mas fácilmente por las razones, que os daré, os pido me oigais con particular atencion, mientras os espongo brevemente el caso, co-mo pasó.

#### NARRACION

9. Estando determinado P. Clodio á molestar y affi-gir á la república con todo género de maldades, mien-

retque ita tracta esse comitia anno superiore, ut non multos menses præturam gerere posset; qui non honoris gradum spectaret, ut cæteri, sed et L. Paulum collegam effugere vellet, singulari virtute civem, et annum integrum ad dilacerandam rempublicam quæreret; subitò reliquit annum suum, seque in annum proximum transtulit, non, ut fit, religione aliquâ, sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad præturam generalem, hoc est, ad evertendam rempublicam, plenum annum, atque integrum.

Occurrebat ei, mancam ac debilem præturam suam futuram, consule Milone: eum porrò summo consensu populi romani consulem fieri videbat. Contulit se ad ejus competidores; sed ita, totam ut petitionem ipse solus, etiam invitis illis, gubernaret: tota ut comitia suis, ut dictitabat, humeris sustineret. Convocabat tribus: se interponebat: collinam novam delectu perditissimorum civium conscribemat. Quantò ille plura miscebat, tantò hic magis in dies conualescebat. Ubi vidit homo, ad omne facinus paratissimus, fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum consulem,

tras fuese pretor, y viendo que se habian alargado tanto las elecciones en el año anterior, que pocos meses podria ejercer su cargo: como él no ponía la mira en lograr aquel grado honorífico, como los demas, sino que por una parte queria escaparse de tener por colega á L. Paulo, ciudadano de singular valor, y por otra queria un año entero para despedazar la república, de repente dejó la pretension, que le correspondia en aquel año, y la trasfirió al siguiente, no por algun escrúpulo, sino para tener, como él mismo decia, un año entero y cabal para ejercer la pretura, esto es para trastornar la república.

Representábasele que su pretura seria manca y debil, siendo Milon consul al mismo tiempo: y viendo que este lograba el consulado con sumo consentimiento del pueblo romano, se hizo á la parte de sus competidores, pero de manera que él solo dirigia toda la pretension, aun á pesar de ellos, y sostenia toda la eleccion sobre sus hombros, como andaba diciendo; convocaba las tribus, se interponia, alistaba una nueva colonia, entresacando para ella los ciudadanos mas perdidos. Quanto él mas revolvía, tanto mayores fuerzas cobraba este cada dia. Viendo este hombre el mas aparejado, y dispuesto para ejecutar cualquiera maldad, que indefectiblemente salia consul un varon esforzadísimo, y su mayor enemigo, entendiendo que

idque intellixit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis populi romani sæpe esse declaratum: palam agere cœpit, et apertè dicere, occidendum Milonem. Servos agres-tes et barbaros, quibus silvas publicas de-populatus erat, Etruriamque vexarat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis. Res erat minimè obscura: Etenim palam dicti-tabat, consulatum Miloni eripi non posse; vitam posse: significavit hoc sæpe in sena-tu: dixit in concione. Quin etiam Favonio, fortissimo viro, quærenti ex eo, quâ spe fu-reret, Milone vivo, respondit, triduo illum, ad summum quatrduo, periturum. Quam vocem ejus ad hunc M. Catonem statim Fa-vonius detulit.

10. Interim cùm sciret Clodius (neque enim erat difficile scire) iter solenne, legi-timum, necessarium, ante diem XIII ka-lendas feb. Miloni esse Lanuvium, ad flami-nem prodendum, quòd erat dictator Lanu-vii Milo: Româ subitò ipse profectus pridie est, ut ante suum fundum (quod re intellec-tum est) Miloni insidias collocaret. Atque ita profectus est, ut concionem turbulen-

este lo habia declarado muchas veces así en sus con-versaciones, como con sus votos el pueblo romano, comenzó á proceder ya sin rebozo, y á decir clara-mente que era menester dar muerte á Milon. Habia bajado del Apennino á los esclavos rústicos y bárbaros, con quienes habia talado las selvas de la república, y molestado á la Etruria, los cuales vosotros veiais. La cosa estaba bien clara: pues andaba diciendo descui-ertamente que no se le podía quitar el consulado á Milon, mas sí la vida: dió á entender esto mismo muchas veces en el senado, lo dijo hablando al pueblo, y lo que es mas al esforzadísimo Favonio, que le pre-guntaba con qué esperanza alimentaba su furor, vi-viendo Milon, le respondió que dentro de tres dias, y á lo mas dentro de cuatro, ya no habria tal hombre; cuyas palabras al punto Favonio puso en noticia de este M. Caton.

10. Entretanto, sabiendo Clodio (porque no era díficiloso saberlo) el viage anual, legitimo y necesario, que tenia que hacer Milon á Lanuvio el dia veinte de enero para nombrar sacerdote, porque era dictador de Lanuvio: de repente salió él de Roma el dia antes para armar una emboscada á Milon delante de su he-redad, como por el hecho se entendió; y salió en una coyuntura, que dejó la junta alborotada, que en aquel mismo dia hubo, en la que se echó menos su

tam, in qua ejus furor desideratus est, quæ illo ipso die habita est, relinqueret: quàm, nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, nunquam reliquisset.

Milo autem, cùm in senatu fuisset eo die, quoad senatus dimissus est, domum venit: calceos, et vestimenta mutavit: paulisper, dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est: deinde profectus est id temporis, cùm jam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset. Obviam fit ei Clodius expeditus, in equo, nullà rhedà, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, ut solebat: sine uxore, quod nunquam ferè: cùm hic insidiator, qui iter illud ad eadem faciendam apparasset, cum uxore veheretur in rheda, penulatus, magno et impedito, et muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu.

Fit obviam Clodio ante fundum ejus horà ferè undecimà, aut non multò secus. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum. Adversì rhedarium occidunt. Cùm autem hic de rheda, rejectà penulà, desiluisset, seque acri animo defenderet; illi, qui erant cum Clodio,

furor: la cual nunca él hubiera dejado, si no fuera por coger lugar y tiempo para su hecho.

Mas Milon, habiendo estado aquel dia en el senado hasta que este se despidió, fué á su casa: se mudó de zapatos y vestido: se detuvo un rato, mientras su muger, como sucede, se compuso para marchar, y despues partió á tiempo que ya Clodio, si habia de volver á Roma en aquel dia, habia podido volver. Sálele al encuentro Clodio, á la ligera, á caballo, sin ningun coche, sin ningun embarazo (11), sin ninguno de los Griegos, que solia llevar en su compañía, sin la muger, lo que casi nunca sucedia: cuando este, que era el que le ponía asechanzas, y que habia dispuesto aquel viage para matarle, iba con su muger en un coche vestido de camino con el mucho embarazo de la turba, que llevaba consigo, y con el acompañamiento mugeril y delicado de esclavas y muchachos.

Encuétrase con Clodio delante de su heredad, á las cuatro de la tarde, poco mas ó menos\*. Al punto se ve acometido de muchos á un tiempo, que disparan contra él sus armas arrojadizas desde un sitio alto. Los que estaban al frente matan al cochero. Y habiendo Milon saltado del coche echada atras la capa, y defendiéndose con ánimo esforzado: los de Clo-

gladiis eductis, partim recurrere ad rhedam, ut à tergo Milonem adorirentur: partim, quod hunc jam interfectum putarent, cædere incipiunt ejus servos, qui post erant; ex quibus, qui animo fideli in dominum, et præsentem fuerunt, partim occisi sunt, partim, cum ad rhedam pugnari viderent, et domino succurrere prohiberentur, Milonemque occisum etiam ex ipso Clodio audirent, et ita esse putarent: fecerunt id servi Milonis, (dicam enim non derivandi criminis causâ, sed ut factum est) neque imperante, neque sciente, neque præsentem domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.

11. Hæc, sicut exposui, ita gesta sunt, judices; insidiator superatus, vi victa vis, vel potius oppressa virtute audacia est. Nihil dico, quid respublica consecuta sit, nihil, quid vos; nihil, quid omnes boni: nihil sanè id prosit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se quidem servare potuerit, quin unâ rempublicam, vosque servaret. Si id jure non posset; nihil habeo quod defendam. Sin hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris; et mos gentibus, et feris natura

dio con espada desenvainada, unos van corriendo al coche para acometer á Milon por las espaldas, otros dándole ya por muerto, comienzan á acuchillar á los esclavos de este, que estaban detras, de los cuales los que tuvieron fidelidad á su amo y esfuerzo, parte fueron muertos, parte viendo la pelea, que habia junto al coche, impidiéndoles dar socorro á su amo, y oyendo aun de boca del mismo Clodio, que este habia sido muerto, y creyéndole, hicieron, los esclavos de Milon, no él (porque lo diré, no para descargarle á él, sino para no faltar á la verdad), hicieron digo, sin mandarlo, saberlo, ni verlo el amo, lo que cada uno hubiera querido que sus esclavos hicieran en tal lance.

11. Esto pasó asi, como llevo espuesto, Jueces: El salteador fué vencido: venció la fuerza á la fuerza, ó por mejor decir, el valor triunfó de la osadía. Nada digo de cuanto consiguió la república en esta muerte, nada de cuanto vosotros, nada de cuanto todos los buenos: enhorabuena que no sea esto de ningun provecho á Milon, que nació con tal estrella, que ni aun pudo salvarse á sí mismo, sin salvar juntamente á la república, y á vosotros. Si él no podia hacer esto con razon, no tengo que defender; mas, si la razon dicta á los doctos, la necesidad á los bárbaros, la costum-

ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, quacumque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua, propulsarent: non potestis hoc facinus improbum judicare, quin simul judicetis, omnibus, qui in latrones incidrint, aut illorum telis, aut vestris sententiis esse pereundum.

Quod si ita putasset; certè optabilius Miloni fuit dare jugulum P. Clodio, non semel ab illo, neque tum primùm petitum, quàm jugulari à vobis, quia se illi non jugulandum tradidisset. Sin hoc nemo vestrùm ita sentit, illud jam in judicium venit, non, occisusne sit, quod fatemur, sed jure, an injuriâ, quod multis in causis sæpe quæsitum est. Insidias factas esse constat: et id est, quod senatus contra rempublicam factum judicavit. Ab utro factæ sint, incertum est. De hoc igitur latum est ut quæreretur. Ita et senatus rem, non hominem, notavit: et Pompeius de jure, non de facto, quætionem tulit.

bre à las naciones, y la naturaleza misma à las fieras, que alejen siempre de su cuerpo, cabeza y vida, toda violencia de cualquiera manera que puedan: no podeis juzgar por malo este hecho, sin sentenciar al mismo tiempo à todos los que caigan en manos de ladrones, à morir ó con las armas de estos, ó por vuestras sentencias.

Y si Milon lo hubiera entendido así, ciertamente fué mas de desear para él el entregar à P. Clodio su cuello, acometido no una vez sola por él, que el ser degollado por vosotros, por no haberse entregado al otro para que le degollase. Mas, si ninguno de vosotros piensa así, resta el que este juicio recaiga, no sobre si fué muerto Clodio, lo que confesamos, sino sobre si lo fué con razon, ó sin ella, lo que ya antes en muchas causas se inquirió. Que se han puesto asechanzas es constante, y esto es en lo que el senado juzgó que se habia obrado contra la república. Cual de los dos la puso es lo que no se sabe; esto pues es lo que mandó el pueblo que se inquiriese. Así el senado condenó el hecho, no el sugeto: y Pompeio propuso al pueblo que se hiciese la averiguacion del derecho, no del hecho.

## CONFIRMATIO.

12. Num quid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit? profectò nihil. Si hic illi, ut ne sit impunè: si ille huic; tum nos scelere solvamus. Quoniam igitur pacto probari potest, insidias Miloni fecisse Clodium? Satis est quidem in illa tam audaci, tan nefaria bellua, docere, magnam ei causam, magnam spem, in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum: *Cui bono fuerit*, in his personis valeat. Etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sæpe parvo. Atqui, Milone interfecto, Clodius hoc assequabatur, non modò ut prætor esset non eo consule, quo sceleris nihil facere posset, sed etiam ut his consulibus prætor esset, quibus si non adjuvantibus, at conniventibus certè, sperasset se posse rempublicam eludere in illis suis cogitatis furoribus. Cujus illi conatus, ut ipse ratiocinabatur, nec, si possent, reprimere cuperent, cùm tantum beneficium ei se de-

## CONFIRMACION.

12. Por ventura recae este juicio sobre otra cosa, sino sobre quien puso asechanzas á quien? sin duda que sobre ninguna otra cosa recae: para que, si este á aquel, lo pague; y si aquel á este, quedemos nosotros absueltos de culpa. ¿De qué modo pues se puede probar que Clodio puso asechanzas á Milon? basta por cierto en aquella fiera tan audaz y tan maldita, hacer ver, que se le propuso un gran motivo para la muerte de Milon en las grandes esperanzas, y en las grandes ventajas, que de ella le habian de resultar. Y así el dicho de Casiano, *para quien fuere de provecho*, en semejantes personas es en las que debe valer. Pues, aunque los buenos por ningun interés se mueven á hacer una maldad, los malos frecuentemente por poco. Es así que, muerto Milon, lograba Clodio, no solo el no ser pretor en el consulado de un sugeto, que no le habia de dejar hacer ninguna maldad, sino tambien el serlo en el de unos hombres, con cuya ayuda y favor, ó á lo menos disimulo, habia esperado hacer burla de la república, ejecutando aquellos sus desatinados intentos: que, como él discurria, ni ellos querrian atajar, aun quando pudiesen hacerlo, consi-